



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Vbi quæ ad omnifariam Episcopi potestatem, vel ad Sacramenta, &
Ordines conferendos, vel ad dispensationes elargiendas pertinent,
comprehensa sunt

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

De Castitatis Voto Sacris Ordinibus annexo. Allegatio XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98621)

12. Locus congruus ad conferendos sacros Ordines est de iure Ecclesie Cathedralis, ut asserit Sylvest. verbo *Ordo* 2. num. 8. consuetudine tamen obtentum est licere in ea Ecclesia eos dare, quam Episcopus eligere mavult. *D. Antonim.* 3. p. sum. tit. 14. c. 16. §. 17. Tabiena verbo *Ordo* §. 1. Rebuff. in regul. 23. Cancellaria vers. & minores, *Regolin.* de potestate Episcopi cap. 26. §. 24. num. 2. *Hemig.* in sum. lib. 10. c. 11. §. 3. praxis nova Episcopalis p. 1. c. 1. num. 46. pag. 55. Sed hodie hac in re clare disponit Concil. *Trid.* d. sess. 23. de reform. c. 8. ubi in hac verba; ordinationes sacrorum Ordinum Cathedrali Ecclesia, vocatis presentibusque ad id Ecclesia Canonici publice celebrentur: si autem in alio diocesis loco presente clero, loci dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia semper adcurat, referunt Garcia de benef. p. 8. cap. 1. num. 77. in fine, *Armend.* in addit. ad recap. legum Navarra lib. 1. tit. 18. l. 1. de Episcopis vers. ad 10. Dubium deinde refert an locus ubi Episcopus Ordines confert sit in litteris ordinandorum exprimensus? de quo vide *Cald.* *Pereira* de empt. cap. 10. num. 5.

14. Hora vero pro sacrorum collatione est circa nonam per *glos.* 1. in cap. quod a patribus, ubi *Archid.* 75. dist. Sed usus servatur, ut conferantur mane quacunquē hora; Non est tamen tempus hoc de substantia collationis Ordinum, secundum doctrinam *Hostiensis* in c. consultationi nu. 2. de temp. ordinat.

15. Vbi habetur, quod tempus, ætas, & Episcopi qualitas, non est de substantia Ordinum, ideoque character imprimitur, si quocunque tempore, à quocunque Episcopo, dummodo in forma Ecclesie, & homini baptizato conferantur; conferentes vero, & recipientes ideo puniuntur, quia transgressores sunt Canonum, de quibus suo loco tractabimus.

16. Sic etiam Missa, cum sacri Ordines conferuntur, non est de eorum substantia, ut notant Doctores in cap. quod sicut de elect. Armilla verb. *Ordo*, n. 9. licet tamen requiratur de honestate, & usu, ut firmit *Imol.* d. c. quod sicut num. 16.

17. Prædicti maiores Ordines ideo sacri appellantur à sanctimonialia, id est, castitate, & continentia, quam inducunt *glos.* fin. in sum. 31. dist. *Bellarmin.* lib. 1. de sacram. Ordin. c. 8. vers. respondeo li. 1. quia illis annexum est castitatis votum, ob idque recte ratione sacer Ordo peculiariter in ecclesia is dicitur, cui est annexum sacrum votum continentie, propter quod homo dicatur & sacatur Deo, ut inquit, *Valentia* tom. 4. disp. 9. q. 1. puncto 4. vers. *Innocentius* vero, *Formar.* de sacram. Ordin. cap. 1. n. 3. *Bonacina* de sac. disp. 8. q. 2. puncto 2. num. 2. ad si. *Flamin.* de resign. lib. 5. q. 6. ideo de continentie voto maioribus Ordinibus annexo aliquid dicere allegatione frequenti operipretium duxi: quamvis prædictos Maiores Ordines dici sacros, quia ordinati in eis sunt, quorum actus, aut habent sacra tangere, aut sacramentum Altaris peripicere, dicant *Alphons.* *Alvarez* in speculo iuris Pontificij cap. 81. vers. circa istum articulum, *Carol.* de Grassis de effectib. clericalib. in prælud. num. 296.

S V M M A R I U M.

1. Continentia sacro Ordini quando cepit esse annexa, ostenditur.

2. Promouendi antiquitus continentiam expressè cogebantur polliceri.

3. Continentia sacris Ordinibus ecclesiastico præcepto fuit annexa.

4. Insignitus sacris Ordinibus ante pubertatem an arctetur ad continentiam? ostenditur.

5. Ordinatus vi metue, qui in constante virum caderet, esto suscipiat Ordinem, an voto continentie teneatur? disputatur.

6. Insignitus sacris Ordinibus tenetur in confessione circumstantiam Ordinis sacri detegere, non solum cum actuale peccatum carnis patuit, sed etiam cum consensum præstitit.

7. Clericus fornicans ratione voti committit incestum.

8. Refutatur opinio asserentium concubitum clerici sacri insigniti esse simplicem fornicationem.

9. Intelligitur cap. quia circa, de bigamis.

10. Intelligitur cap. presbyter 28. dist.

11. Fornicatio clerici cum soluta non est adulterium.

12. Mulier fornicans cum clerico in maioribus non committit ex parte sua incestum, & num. 13.

13. Filius clerici in sacris constituti suæ matri potest succedere.

14. Contrarium ostenditur, ad id citatis pluribus Doctoribus.

15. Coitus damnatus dicitur ille, cui aliqua pena temporalis per legem, aut constitutionem iuris imponitur.

16. Filius ut non succedat matri sufficit esse susceptus ex coitu damnato, vel punibili.

17. Componuntur contrarie opiniones supra relatæ.

18. Clericus castitatem & continentiam sacro Ordini annexam servare debet.

19. Qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt.

20. Continentia in clericis est de iure positiva.

21. Non est de substantia & essentia Ordinis subdiaconatus, sed tantum accidens ex statu Ecclesie.

22. Papa dispensare potest, ut promoti ad sacros Ordines matrimonia contrahant.

23. Sic etiam potest dispensare cum religioso vel moniali super voto castitatis & continentia ut matrimonia contrahant.

24. Cap. cum ad monasterium, de statu monach. intelligitur.

DE CASTITATIS VOTO Sacris Ordinibus annexo.

ALLEGATIO XV.

1. Continentia sacro Ordini cepit esse annexa ex institutione *Sirici* summi Pontificis, circa annum 388. in cap. plurimos 81. dist. ut dixit *glos.* in e cum in præterito verbo qui sacramentis 84. dist. eamque postea confirmavit *Innoc.* primus anno 408. ut videtur deduci ex cap. proposuisti 81. dist. relicta in hoc temporum varietate, quam referunt *Sor.* de inst. lib. 7. q. 6. art. 2. vers. probatur, & *Valentia* tom. 4. disp. 9. q. 5. puncto 5. §. 2. vers. ceterum, multis testimonijs sacrarum scripturarum, antiquorum Conciliorum, veterum Pontificum, sanctorumq. Patrum Græcorum, & Latinorum, huiusmodi continentie votum sacris Ordinibus æquissimo iure annexum fuisse, illiq. magno opere continentiam expedire referunt *Sor.* d. q. 6. art. 1. vers. & quoniam *Valentia* d.

puncto 5. §. 3. Card. Bellarm. lib. 1. de clericis cap. 19. Fr. Emman. quaest. regul. tom. 3. q. 1. a. 1. Azor. instit. moral. p. lib. 13. c. 12.

2. Hanc continentiam cogebantur promouendi antiquitus expresse politeri cap. nullum cap. prae-rea, & cap. quando 28. dist. Postea vero ex Constitutione Martini Papae nemo ordinandorum teneatur hanc continentiam expressis promittere verbis, sed tacite ut silentium ordinati pro consensu reputetur, subdicens ne promoueretur asseuerans se non velle continentiae pollicitatione detineri c. diaconus 27. dist. cap. diaconi 28. dist. Et ita cum clerici ad sacros Ordines promouentur, tacite castitatem promittere censentur cap. quando cap. de his, & cap. prae-rea 28. dist. Deci. in c. at si clerici n. 227. de iudic. Alphons. Cuperi in repet. c. oportebat 79. dist. vers. explicatur de Cardinalibus art. 1. cap. 10. Monald. conf. 69. num. 6. lib. 2. quos refert Carol. de Grassis de effectib. clerical. in praesud. num. 41.

3. Ponderato sic huius voti principio videbis quā falsè procedat sententia illorum attestantium calibatum sacro Ordini iure diuino adiunctum fuisse, ideoque nulla potestate humana etiam Papali dispensari posse, quia ex dictis contrarium verius esse constat, & solo praecepto Ecclesiastico sacris Ordinibus fuisse annexam continentiam tenent D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 7. & 11. Ant. Capet. de perpetua castitate sacerdot. cap. 25. Claud. Spenſaus lib. 1. de contin. sacerdot. c. 3. Sor. in 4. sentent. dist. 38. q. 1. art. 1. vers. dubium. Valentia d. puncto 5. §. 1. vers. sed his argumentis. Card. Bellarm. lib. 1. de clericis cap. 18. Henric. in sum. lib. 10. cap. 14. §. 6. Azor. d. cap. 12. q. 1.

4. Ex quibus consequens fit illud, qui ante pubertatem Episcopi incuria, vel contemptu sacris est insignitus ad continentiam non arctari, postquam peruenit ad illam, nisi cum pubertatem attinxit promotionem ratam habuerit, tum expresse, tum tacite non contradicendo, quia si tunc protestetur, posset ad seculum retrogredi, & uxorem ducere, Abb. in cap. vni. n. 3. de clerico per saltum promoti ubi Ioan. And. n. 5. & Host. n. 2. Sor. 4. dist. 25. q. 1. art. 2. concl. 3. vers. quod si roges, Rebuff. in praxi benefic. tit. de clericis male promotis gl. 2. numer. 10. Nau. conf. 2. n. 4. de his qua vi. Henric. in sum. lib. 1. c. 22. §. 3. sanch. de matrim. lib. 7. d. 30. n. 8. Sed improbable non est hunc teneri voto castitatis, & onere recitandi diuinum officium, ut tenent Sor. lib. 7. de instit. q. 2. art. 5. Casetan. 2. 2. q. 88. art. 9. Sayr. in clauis regia lib. 6. cap. 5. n. 9. Coninch. de sacram. Ordinis d. 20. dub. 14. n. 136. Bonacina de matrim. q. 3. puncto 9. num. 16.

5. Quæstio in hac materia controuersa est, an scilicet ordinatus vi metuue, qui in constantem virum caderet, esto suscipiat Ordinem, continentia voto teneatur? in qua q. affirmatiuam partem tuerentur. D. Antonin. 3. p. sum. tit. 14. c. 16. §. 18. vers. de sic coactio ordinato. Sor. de instit. lib. 7. q. 2. art. 5. vers. quapropter Armil. verbo Ordo 8. n. 4. Tabiena eodem verbo 2. n. 17. Archid. in c. de iudaïs in fine, vers. in glo. 1. 45. dist. Syluest. verbo Ordo 4. n. 1. vel 2. Henric. Boich. in c. maiores n. 5. de baptismo ubi Butr. §. fin. num. 7. & Abb. in §. Item queritur etiam n. 7. Alberic. in suo dictionar. verbo ordinatus vers. etrum coacte ordinatus, Rebello de obligat. instit. p. 2. lib. 3. q. 12. nu. 9. Petr. Ledesma de matrim. q. 55. art. 4. Paul. Comit. respons. moralium lib. 1. q. 55. a. n. 3. Negatiua vero pars, quod scilicet talis continentia voto non obligetur, ex eo suadetur, quia votum metu tali iniecto factum nullum est, argumento, c. 1. & 2. ubi glo. verbo coactus vers. item & in voto, de

his qua vi, quam sequitur Abb. ibi num. 11. vers. & 9. casus, & ita hanc partem negatiuam tenent glo. verbo conditionaliter in d. c. maiores §. item queritur, dum ultimo loco refert opinionem Ioannis, ob quod videtur in ea residere, Hieron. Paul. in praxi Cancellaria fol. 55. Henric. in sum. lib. 10. cap. 14. num. 3. & lib. 11. c. 5. num. 9. in com. lit. Q. Nauar. conf. 1. num. 8. & confil. 2. numer. 2. & confil. 3. numer. 8. de his qua vi, in nouis, Petr. de Ledesma, in sum. p. 1. tract. de sacram. Ordinis. c. 6. diffie. 3. dicto 2. Sayr. in clauis regia lib. 6. c. 4. sub n. 20. Vgolin. de potestate Episcopi c. 13. num. 3. Caesar de Grassis decif. 19. de his qua vi, & decif. 20. Rot. Rem. decif. 161. p. 1. diuers. sanch. de matr. lib. 7. dist. 29. n. 5. Bonac. de matr. q. 3. puncto 9. n. 14. Coninch. tom. 2. dist. 20. dub. 14. a. n. 143.

6. Ex dictis deinde consequens est constitutum in sacris, quia habet prædictum castitatis votum annexum, non solum circumstantiam Ordinis sacri debere Sacerdoti detegere, cum actuale peccatum carnis patrauit, sed cum mente tantum libidinosa actui consensum præstitit, argumen. text. in c. qui uiderit 32. q. 5. & iuxta tradita per Sor. in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. vers. enunimvero, Iacob de Grassis in decif. aureis lib. 1. c. 20. num. 32.

7. Ratione enim voti clericus fornicans committit incestum, ut per Vincent. de Franchi. decif. 127. nu. 2. Luſit. Soar. tom. 1. commun. opinionum lib. 1. art. 7. de clericis coniugatis num. 20. pag. 175. Cald. Pereira de nominat. emphyt. q. 19. n. 51. cum sequent. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 12. col. 1332. & p. 3. lib. 3. c. 17. q. 7. Fr. Emman. quaest. reg. tom. 2. q. 29. art. 2. sanch. de matrim. lib. 7. dist. 27. num. 9. plures ex antiquioribus refert Coninch. ad decretales collectan. 102. num. 2.

8. Hinc fit non esse veram sententiam Cardin. in Clemen. ad nostrum vers. 7. n. 1. de hereticis, & ibi Imola n. ultimo idem Imola in c. ut clericorum num. 8. vers. aduertat tamen de vita & honest. cleric. Clar. in §. fornicatio nu. 4. & 18. & in §. incestus n. 1. vers. sed nunquid, late Gutier. post alios Canon. lib. 2. c. 7. n. 44. & aliorum, quos refert sanch. d. dist. 27. n. 21. assentientium concubitu clericis sacris insigniti, esse simplicem fornicationem per text. in c. quia circa de bigamis, ibi, cum eis tanquam simplici fornicatione notatis, & c. & per text. in c. presbyter 28. dist. ibi presbyter si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit. Quæ tamen opinio falsa est, & contrariam, nempe talem coitum esse sacrilegum, & ita tam ex parte clericis, quam ex parte mulieris sacrilegium committi tenent Menoch. de arbit. cent. 5. casu 418. num. 7. Thom. Doſt. conf. 197. num. 4. Carol. de Grassis de effectib. clericis in praesud. num. 40. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 12. q. 6. ad finem, citati à Gutier. d. c. 7. a. num. 7. cum seqq. Sayr. in clauis regia lib. 8. c. 2. n. ult. ad fin. Soar. de relig. lib. 2. c. 6. num. 12. multi quos refert, & sequitur sanch. dist. 27. n. 19. assentientes teneri clericum illam circumstantiam voti annexi Ordini sacro tanquam mutantem speciem, in confessione exprimere, & ita dicere se esse clericum in sacris, & illam similiter declarare se peccasse cum clerico; cuius rei ratio est, quia ultra fornicationem virtuti temperantiae contrariam, peccauit contra virtutem religionis violans castitatis votum, ac per consequens sacrilegium commisit, quod est rei sacræ violatio, iuuat text. in cap. de his, ibi, ut sacrilegi, 28. dist. finit.

9. Neque obstat text. in d. cap. quia circa, respondetur enim, quod ideo ibi dicitur fornicatio simplex, non quia non fit etiam sacrilegium,

sed ut distinguatur ab alijs luxuria peccatis specialiori qualitate & substantia effectus, in qua incidit aliquando presbyter, verbi gratia, ab adulterio, stupro, vel incestu, ita *Azgr. instit. moral. p. 3. lib. 3. c. 17. q. 7. vers. in hac*. Sed melius accedendo menti & dispositioni textus dic, in eo vocari simplicem fornicationem, in ordine ad bigamiam excludendam, quam non incurrit clericus concubiniarius, supposito quod non habuit animum contrahendi matrimonium de facto, & ita vocatur simplex fornicatio ex parte effectus, & ut distinguitur à copula, quæ fit cum effectu maritali, iuxta *cap. nuper de bigamis*, non tamen vocatur simplex ad excludendam malitiam contra religionem, & ideo ille text. non vocat clericum simplicem fornicarium, sed tanquam simplicem fornicatione notatum.

10 Ad text. vero in d. *cap. presbyter*, respondetur nihil aliud significare, nisi quod fornicatio clerici cum soluta non est dicenda adulterium, prout nonnulli affirmabant, de quibus *Mench. d. casu 418*.

11 Quia videbatur dari quoddam coniugium spirituale inter clericum & ecclesiam, imo dicebant dari stuprum cum incestu, ut per *Mench. d. loco Gutier. d. c. 7. n. 37. cum sequentibus*.

12 Quamvis supra resolutum sit coitum clerici dici sacrilegum, tam ex parte ipsius clerici quam mulieris: tamen ex parte mulieris non videtur committi incestum, & in hanc opinionem potius inclinarem, cui addipulantur, *Mench. in addit. ad tract. de Arbitr. casu 109. n. 6. vers. tertia opinio surd. de alim. tit. 5. q. 7. n. 44. & Steph. Gratian. d. cap. 35. num. 24*.

13 Hinc Doctoribus communiter resoluitur, & ut æquius recipitur, filium clerici in sacris constituti suæ posse matri succedere, ex eo quia respectu illius, talis coitus non est damnatus, neque punibilis, & ita hanc opinionem tenent *Perez tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 69. & latius tit. 8. vers. utrum autem lib. 8. pag. 297. Auen. d. l. 9. Tauri glos. 5. num. 5. cum seq.* Cum enim huiusmodi fornicatio ex parte ipsius mulieris non sit coitus damnatus, & punibilis, potest filius matri succedere, iuxta tradita per *Negreiros, in introduct. ultim. volunt. lib. 2. c. 11. n. 5*.

14 Contrariam tamen opinionem, imo filium clerici in Sacris constituti non succedere matri, tenent *Anton. Gomez l. 9. Tauri num. 15. in fine, & Fernandez num. 34. Matens. l. 9. glos. 4. num. 6. 7. 8. tit. 8. lib. 5. nouæ recopil. Mench. de success. creat. §. 10. nu. 497. Perez. de iure fisci lib. 3. tit. 8. num. 37. in medio Gam. decif. 136. ubi Flores Pat. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 167. vers. licet, alias, n. 8. Spin. in speculo testam. glos. 16. princip. num. 18. & 19. 89. & 90. Gutier. pract. lib. 2. q. 102. per totam, Bernard. Græna. ad pract. Camera Imp. lib. 2. conclus. 115. consid. 1. n. 2. P. Azgr. moral. instit. p. 2. tit. 2. c. 6. q. 5. Pat. Less. de iustit. lib. 2. cap. 19. dub. 6. num. 56*.

15 Et ex eo confirmatur, quia non potest negari huiusmodi coitum etiam ex parte matris punibilem esse & damnatum, cum in iure multe sint contentæ poenæ, contra clericorum concubinas: dicitur enim coitus damnatus ille, cui aliqua pena temporalis per legem, aut constitutionem iuris imponitur, ut per *Bern. de publicis concubinar. prop. finem, in verbo, qui etiam filios, numer. 73. Boss. de coitu damnat. num. 38. Clar. in §. fornicatio, num. 5. Cal. Pereira de nominat. emphyt. q. 21. n. 16. Steph. Gratian. d. c. 35. n.*

20. *Molin. de iust. tract. 2. disp. 167. vers. licet in conclusione*.

16 Et ut filius non succedat matri sufficit esse susceptus ex coitu damnato, vel punibili: itaut non requiratur uterque simul, ex *Palas. consil. 29. numero 13*.

17 Quare has contrarias opiniones distinctionis sœdere componendas duxi, cum doctiss. *D. meo Petro Barbosa in priuatis schol. ad l. ex facto §. si quis reg. li. 1. ver. ad Ord. ff. ad Treb. quod scilicet prima opinio procedat in clerico, qui suscepit filium ex muliere soluta, quam pro concubina non habebat, nam in his terminis verum est mulierem non puniri, nec respectu illius potest dici talis coitus damnabilis, aut punibilis: Secunda vero opinio habet locum in clerico, qui suscepit filium ex concubina sua, cum in nostris Hispaniæ Regnis concubina clerici acriter puniatur: quæ quidem resolutio semper intelligenda est de clericis in sacris constitutis, nam filius clerici in minoribus, etiam beneficium ecclesiasticum habentis, succedit matri, ut resoluunt *Azgr. d. cap. 6. quest. 5. vers. accedit steph. Gratian. d. cap. 35. num. 48*.*

18 Castitatem & continentiam Ordini per se accepto annexam clericis obseruare debet, cum enim templum & vas Domini, ac sacrarium Spiritus sancti esse debeat, indignum est dici cum cubiculis, & immundicijs deseruire *D. Paul. ad Roman. 13. cap. decernimus, & toto tit. 28. dist. cap. proposuisti cum seqq. 82. dist. cap. 1. & per totam 15. quest. 8. cap. à multis de etate & qual. cap. ut clericorum, de vita & honest. cleric. Demost. etiam in oratione contra Timocratem sic ait. Ego enim arbitror, qui sacras ædes ingreditur, qui curæ diuinarum rerum præsit, eum non modo ad certum aliquod dierum tempus castum esse debere, sed per omne spatium ætatis ab istiusmodi studijs fuisse purum oportere, & *Cicer. 2. de legibus, ad Diuos, inquit, adeunto caste, qui secus faxit, Deus ipse vindex erit. Ethnici enim immolare victimas eos prohibebant, qui minime puri, & integri ad immolandum accederent, unde Tibull. lib. 2.**

Pos quoque abesse procul inbeco, discedite ab aris.

Quis dedit hesternæ gaudia nocte Venus.

Casti placent Superis, &c.

19 Mundamini qui fertis vasa Domini *Esai. 52. necesse est, ut munda studeat esse manus, quæ alios mundare debet, cap. necesse 1. quest. 1. D. August. serm. 36. ad Presbyt. D. Chrysost. lib. 6. de sacerdot. & qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt, atque alieni effici debent à ministerio, quod viuendo illicitè polluant cap. Maximianus 81. dist. circa quam clericorum castitatem multa scribunt *Tho. Doct. conf. 147. n. 4. Carol. de Grassis d. prelund. à num. 25.**

20 Continentia in clericis, quia non est de iure diuino, sed dumtaxat de iure positiuo, ut præter citatos supra n. 3. resoluunt *Abb. in cap. ut clericorum n. 5. de vita & honest. cler. & in cap. cum olim n. 5. de clericis coniug. Beller. disputat. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali §. 15. n. 61. nec est de substantia & essentia Ordinis Subdiaconatus, sed tantum accedens ex statuto ecclesiæ, D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. Rotæ diuers. p. 1. decif. 560. n. 10. & decif. 361. n. 11. Beller. d. tit. de disciplina clericali §. 8. num. 9. ideo Papa dispensare potest, ut promoti ad sacros Ordines matrimonium contrahant, ita *sor. lib. 7. de iustit. q. 4. art. 2. vers. hoc patet, & in 4. sentent. d. 38. q. 14. r. 1. vers. dubium, Abb. in cap. cum olim num. 5. de clericis coniug.**

Henric. in ſum. lib. 10. cap. 14. §. 5. & §. 8. Bellet. d. §. 8. n. 11.

24 Sic etiam ſummus Pontifex poteſt diſpenſare cum religioſo profeſſo, vel moniali ſuper voto caſtita- tis & continentia, vt matrimoniū cōtrahant. D. Thom. in 4 diſt. 38. q. 1. art. 4. circa med. vbi Rich. art. 9. q. 1. & Scot. q. vni. Duran. q. 2. Pal. q. 4. art. 4. concl. 11. & 12. D. Antonin. p. 2. tit. 11. c. 2. §. 2. Bor- gas. in tract. de irregul. p. 6. rub. de ſponſal. & matrim. n. 7. & 11. Nau. comm. 2. de regular. n. 57. & de red. dit. eccleſ. q. 1. monit. 55. num. 9. & conſ. 5. de ſtatu monach. n. 7. & conſ. 10. de ſponſal. Gama deciſ. 379. num. 1. Graſſis in deciſ. aureis lib. 2. c. 31. nu. 12. & 23. Ioan. Ramirez de confirm. Ordinis D. Iacobi cap. 5. n. 25. Motta eod. tract. lib. 2. c. 1. §. 12. à num. 7. & cap. 2. §. 7. à nu. 7. Cald. Pereira de nominat. q. 20. n. 29 & 32. Sayr. in clauſ. Regia lib. 6. cap. 11. num. 16. cum ſeqq. Fr. Emman. quaſt. regul. tom. 1. q. 25. art. 1. & 2. & q. 26. art. 1. & tom. 3. q. 1. art. 5. & 8. & q. 29. art. 9. Henric. lib. 10. cap. 14. §. 5. in gloſ. lit. A. & lib. 11. cap. 8. §. 11. & lib. 12. cap. 5. §. 7. P. Ribaden. in lib. pro deſenſion. ſocietatis Ieſu, c. 15. 17. & 18. Rebel. de ob- ligat. iuſt. p. 2. lib. 3. q. 4. n. 8. Gutier. de matrim. cap. 123. num. 1. Sanch. de matrim. lib. 8. diſp. 8. n. 6. Bellet. d. §. 8. nu. 12. licet D. Thom. ante locum ſupracita- tum in 2. 2. q. 83. art. 10. & q. 88. art. 11.

24 Contrarium reſoluat per text. in cap. cum ad monaſterium de ſtatu regular. intelliguntur enim illius verba finalia, ibi, quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitaſis, adeo eſt annexa regula monachali, vt contra eam nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indul- gere, in ſenſu compoſito, id eſt cum monacho manente monacho; nam in ſenſu diuiſo, id eſt faciendo de monacho non monachum, & extra- hendo eum à religione, bene poteſt Papa diſpen- ſare, Valent. tom. 3. diſp. 10. q. 4. puncto 2. Vaſquez, diſp. 165. num. 104. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 11. cap. 7. Leſſ. de inſtituta lib. 2. cap. 41. à num. 4. Motta lib. 2. cap. 2. §. 7. num. 10. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 397. verſ. neque vero & diſpen- ſatum fuiſſe cum Ramiro Rege Aragonum, vt re- liſta religione, & Epiſcopatu, regnum ſuſciperet, & vxorem: ac etiam cum Conſtantia filia Rogerij Regis, vt religione deſerta nuberet Henrico VI. Federici Imp. filio diſpenſaſſe Ceſtinum 111. refe- runt Cened. ad decretal. collect. 124. num. 5. Pineda in vita D. Ioannis Bapt. lib. 1. art. 1. cap. 6. pag. 84. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comp. 19. num. 124. Et diſpenſatum etiam fuiſſe cum Nicolao Iuſtinia- no Sacerdote referunt eodem Pineda in monarch. eccleſ. p. 4. lib. 25. c. 7. §. 1. pag. 34. Et denique Alexandrum VI. diſpenſaſſe cum Caſare Diacono Cardinali, vt vxorem duceret filiam Ducis Valentiniſani referunt Cened. d. num. 5.

S V M M A R I U M.

- 1 Subdiaconus ante 22. annum, Diaconus ante 23. in- choatus, Presbyter ante 25. per diem inceptum promoueri non debent.
- 2 Anni biſſexti dies computandus non eſt pro legitima Ordinis etate.
- 3 Anni an ſint computandi iuxta ritum, & uſum Ec- cleſiæ?
- 4 Aetates pro ſuſcipiendis ſacris Ordinibus poſitæ in- re ſunt conſtitutæ.

5 Ordinis ſacramentum ſi pueris, ſurſiſ, & his qui uſuratonis carent, adminiſtratur, charactereſcunt impi- mit in eorum anima.

6 Cap. unicuique de clericis per ſalutem promotus intelli- gitur.

7 Infantis tenſuram conferens, quam pœnam incur- rat.

8 Suſpenſio quam contrahit promouens carentem etate non incurritur ipſo iure.

9 Epiſcopus ſuſpenſione durante ſi celebret, vel Ordines conferat, an ſiat irregularis? oſtenditur.

10 Promotus ante legitimam etatem eſt ipſo iure ſuſpen- ſus.

11 Promotus ante legitimam etatem, & in ſuſceptis Ordinib. miniſtrans ſit irregularis.

12 Suſpenſus impeditur ea exercere, quæ ab Ordine, in- riſdictione, vel adminiſtratione eccleſiaſtica pendunt.

13 Promotus ante legitimam etatem aſcendendo ad al- tiores Ordines incurrit irregularitatem.

14 Intelliguntur reſolutiones ſupra poſitæ de promotis in maioribus.

15 Ab iſta ſuſpenſione nullus præter Papam diſpen- ſat.

16 Irregularitatem contrahit, qui in expleto anno 24. ſuſcepit Ordinem Presbyterij, aut in tempore interdictæ, vel ſine titulo, vel ab alieno Epiſcopo, aut ſine dimiſſo- rijs.

17 Ordinatus ante legitimam etatem inculpabiliter ſu- ſpenſionem non incurrit.

18 Verba, temerè præſumpſit, aduſum, ac temerita- tem ſignificant.

19 Non comprehendunt illum, qui bona fide, ignoran- ter, aut imprudenter aliquid facit.

20 Ordinatus ante legitimam etatem bona fide testi- monio ſuorum parentum non remanet ſuſpenſus.

21 Celebrans ante legitimam etatem bona fide credens id ſibi licere irregularitatem non incurrit.

22 Peccat tamen mortaliter celebrando ſciens ſe non ha- bere legitimam etatem.

23 Ordinatus ante legitimam etatem, bona fide, illa in- terueniente, rectè poterit Ordines exequi ſine diſpenſatione.

24 Regulares ſicut, & clerici ante legitimam etatem Ordines ſuſcipientes ſunt ſuſpenſi ipſo iure.

EPISCOPIVS IN QVA

etate conſtitutis Ordines maiores conferre poſſit.

ALLEGATIO XVI.

1 **D**E iure communi nouiori in Clement. ſin. de etate, & qualitat. conſtituit Clemens V. vt alio non obſtante impedimento Canonico poſſet quis liberè in decimo octauo anno ad Subdiaconatus Ordinem promoueri, in vigesimo ad Diaconatum, & vigesimo quinto ad Presbyteratum. Nouissimo tamen iure Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 12. præcipi- tur vt nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante 22. annū, ad Diaconatus ante 23. & ad Presbyteratum ante 25. ætatis ſuæ promouetur; regularis quoq; nec in minori etate ordinetur priuilegiū. quoad hoc penitus exclusus, qui quidæ anni ſufficiūt inchoati, & ad Presbyteratum ſatis eſt 25. inceptiſſe per diē, comprobant, Nauar. in man. c. 25. n. 69. cum ſeqq. & n. 103. praxis epiſcopalis verbo Ordo §. 1. Gutier. Canonie li. 1. c. 26. n. 8. Franc. Leo in theſauro fori eccleſiaſtici p. 1. c. 4. n. 31. Henric. in ſum. lib. 10. c. 19. §. 2. & lib. 13. c. 38. §. 2. Petr. de Ledefm. in ſum. p. 1. tract. de ſacram. Ord. c. 7. à principio